

quello che dice num. 99. pag. 70. *Papa deponere potest reges negligentes in regendis regnis suis*, e num. 106. pag. 71. *Potest Papa dare coadjutores regibus aut certe consentire, et auctoritatem impertiri regnis il cupientibus*, e num. 107. pag. 72. *Ratio nova et vera quare statutum fuit, ut imperatore mortuo imperium regatur a Papa*, e num. 108. *Ratio vera quare Fridericum imp. potuit deponere Innocentius IV. juxta cap. Ad Apostolica de re judic. lib. vi. Est illa, quod multo crimina spiritualia admisit, perjuria videlicet sacrilegia, etc.*

Da questi luoghi può raccorre Giovanni Marsilio, che secondo Navarro, il Papa non solo può servirsi dell'acqua naturale per bottezzare, ma può ingerirsi nelle cose temporali, e ne' domini de' re ed imperatori, può conoscere il suo errore, quando ha detto che Navarro non ha pure sognato la potestà del Papa nelle cose temporali e secolari può intendere che non è stata mutata l'opinione del Navarro in quella del Gaetano, essendo che sempre è stata una stessa opinione di Gaetano e di Navarro. Può vergognarsi di aver imputato una tal temerità a' Romani di avere corrotto l'opere del Navarro. Può reputarsi insieme con frate Paolo, uno di quelli contra chi parla Navarro nella prefazione al re don Sebastiano nell'e-

dizione del 1575. quando dice: *Sacros, sanctae Sedis Apostolica, summiq; Jesu Christi regis regum et Domini dominantium vicarii potestatem caelitus ei datam eo modestius, religiosius et fortius suspicias, colas et tuearis quo nostra calamitosa tempestate superbius quidam, irreligiosius et audacius contemnere, dehonestare et convellere frustra conantur*; che sono principalmente ora frate Paolo e prete Marsilio. Può finalmente contentarsi che non gli sia affatto creduto per l'avvenire essendo colto in tante falsità. E però dovrebbe se niente gli resta di timore di Dio, non aggiungere più errori ad errori, nè temerità a temerità, ma riconoscendo i suoi falli, ritornare all'obbedienza del vicario di Cristo e di santa Chiesa, che non chiude mai il grembo a chi torna a lei con vero pentimento. Ricordisi di quel detto di san Agostino epist. 137. che non provò migliori di quelli *Qui in monasteriis profecerunt*, nè peggiori di quelli, *Qui in monasteriis ceciderunt*. E che già per esperienza ha provato per quanti gradi è calato a basso da quella perfezione, alla quale era stato chiamato da Dio. Avverta di non andare tanto in giù, che, *Circa fidem naufragetur*, come di già ne mostra non oscuri segni.

## DE OFFICIO

PRINCIPIS CHRISTIANI

LIBRI TRES

AUCTORE ROBERTO S. R. CARD. BELLARMINO

F SOCIETATE IESU

AD SERENISS. PRINCIPEM WLADISLAUM SIGISMUNDI III

*Poloniae et Sueciae regis filium.*

DE OFFICIO

PRINCIPIS CHRISTIANI

96

Scripti librum de officio principis Christiani, non mea sponte, sed ab iis rogatus, quibus ejusmodi opusculum negare non potui. Scripsi autem non ut principes nostri seculi admonerem officii, sed ut iis optimum regimen gratularer, atque ad perseverandum in pia, et justa gubernatione cohortarer. Siquidem nostra aetate (quod singulari Dei benignitati tribuendum est) Ecclesia Catholica reges omnes, aliosque principes primarios, egregios omnino et singulari pietate, justitiaque conspicuos se habere merito gloriari potest. Cur autem tibi potissimum, Sereniss. Wladislæ, librum hunc dicare voluerim, illa causa est, quia unus tu in primo flore juventutis, ac si veteranus imperator esses, exercitum sapienter ducis, bella gravissima strenue geris, et omnia munia prudentissimi imperatoris adimplis. Neque id mirum nobis videri debet, cum Te providentia Dei, non ad regnum unum gubernandum, sed ad multa simul et maxima primum acquirenda, deinde administranda delegisse, et vocasse videatur. Te enim Poloniae regnum expectat amplissimum. Tuum est hæreditario jure regnum Sueciae, quod injuste ereptum, Deus justus judex, et princeps regum terræ, tibi justissimo hæredi tempore suo restituet. Tibi magnus Moscoviæ Ducatus, qui instar maximi imperii a Septentrione ad Orientem usque per vastissimæ regiones protenditur, electionis jure debetur. Te igitur quasi in vestibulo tot regnorum collocatum, et ad pie sancteque regnandum a glorioso parente tuo, non solum verbis, sed etiam exemplis eruditum; ego quoque ut senex et Sacerdos in bono proposito confirmare volui, non ex mea, quæ nulla est, sapientia, sed ex verissimis atque sanctissimis divinæ legis oraculis. Scriptum est enim, *Labia sacerdotis custodient scientiam et legem requirent ex ore ejus*. Atque ut feliciter, et inoffenso pede per semitas justitiæ gradereris, adjeci in meo libro vitas principum sanctorum non paucas, quorum principum exempla sequens, omnino errare non poteris. Opportune autem accidit, ut vita sancti principis nostræ ætati proximi fuerit sancti Casi-

miri, quem Leo Decimus Pont. Max. in numerum sanctorum retulit. Hic enim sanctissimus juvenis, cum regis Poloniae filius fuerit ut Tu ipse nunc es; et plurimis, maximisque virtutibus clarus, brevi tramite in cœlum conscenderit; idoneus Tibi vitæ, morumque magister esse poterit: cujus vestigiis si continenter, ut facis, inhærere volueris, nihil erit, quod Te a vera pietatis, et justitiæ via, quæ ducit ad cœlum, avertere possit. Accipe igitur, princeps magne, munusculum perexiguum, sed non exigua voluntate donatum ab eo, qui Tibi sic diuturnum, et felix regnum optat in terris, ut sine fine, et felicissime cum Christo regnare possis in cœlis.

## LIBER PRIMUS

### DE OFFICIO PRINCIPIS CHRISTIANI

#### PRÆFATIO

Principes sæculi, qui sunt a Deo, ut Apostolus loquitur, in sublimitate constituti, quemadmodum privatos homines honore præcellunt, sic etiam præter cæteros homines, et premuntur onere, et indigent auxilio. Hinc videlicet non solum Philosophi veteres multa scripserunt de re politica, et arte regendi populos: sed etiam ex Christianis sapientibus non pauci libros ediderunt de regimine, vel de eruditione principum. Quamvis autem ea, quæ jam exstant de hoc argumento scripta, præclarissima sint: non defuerunt tamen, qui me ab hoc descriptionis genere valde abhorrentem, et in solis spiritalibus libellis componendis hanc meam extremam ætatem consumere cupientem, cohortatione sua impulerint, ut de hoc ipso politico argumento mandarem litteris, non quæ apud Platonem et Aristotelem, vel etiam Sanctum Thomam, Egidium Romanum, et alios ejusdem classis eximios Theologos: sed quæ in Scripturis sanctis, et in libris sanctorum Patrum documenta, vel exempla reperire potuissem. Hoc enim descriptionis genus, quamvis ad intelligentiam lectoris in-

formandam minus appositum sit: tamen ad excitandam et inflammandam voluntatem, atque ad opera Deo grata, et regendis populis utilissima faciendâ: et denique ad salutem æternam ipsis iisdem principibus procurandam, sine dubio aptius et efficacius invenitur.

Scripturus igitur pro ingenii mei tenuitate, et pro mensura gratiæ, quam mihi imperûri dignabitur Deus, de officio principis Christiani, quatuor considerationes, sive disputationes instituam, pro numero videlicet relationum, sive habitudinum quas habent principes, primum ad superiores, deinde ad inferiores, tum ad pares, denique ad seipsos. Et quamvis labor hic meus ad principes potissimum dirigatur, eorumque æternam salutem proprie intueatur: tamen communis quoque cæteris nominibus esse poterit, cum nemo sit usu rationis preeditus, qui suos non habeat superiores, vel pares, et rari sint, qui non habeant inferiores aliquos, et nullus, qui sui ipsius rationem habere non debeat.

#### CAPUT PRIMUM

##### *De officio principis Christiani erga Deum.*

Igitur cum princeps Christianus negotium habeat cum superioribus, cum inferioribus, cum paribus, et ipse secum: ordo ipse poscit, ut a primo negotio principium faciamus. Et quia princeps quatuor agnoscere debet superiores, si vere Christianus dici, et haberi velit, Deum optimum maximum, Pontificem summum, Episcopum proprium, et proprium confessorium, a primo superiore, qui est omnium supremus et eminentissimus, incipiemus.

Oportet igitur, principem, qui officio suo recte fungi velit, et ad regnum æternum vere, et ex intimo corde aspiret et suspiret, pro comperto habere: et non verbo solum, et lingua, neque sola externa veneratione, sed opere, et veritate, et illuminatione corde agnoscere, et sæpe, ac sæpius intra se cogitare et recogitare; Deum esse regem regum, et Dominum dominantium: hoc enim, disertis verbis sacræ paginæ multis in locis prædicant. Porro principes terræ multis modis subjecti esse debent Deo Regi regum et Domino dominantium. Primum enim, principes terræ sunt, quasi proreges Dei, vel potius ministri principales Dei, juxta illud, *Dum essetis ministri regni illius, non recte*